

tabulata sunt atque excavata, cujusmodi fuerunt Sacerdotum tubæ & Levitarum buccinae. Quæ sententia cum probabilis sit, assensum etiam præbemus, usque dum certiora monstrentur. Occurrit autem vox hæc tantum semel h. l. & cognata **סְחַלֵּת** in simili inscriptione Ps. LIII, 1. R. Hay (apud Kimch.) dicit fuisse instrumentum musicum, cujus vox similis est **לִשְׁרִיקָתְּ רְכֹוִירִים** **susurro apum**: Münsterus hoc putat esse lyram. Alludit vero R. Hay in *Michlol Jophi* ad נְחַלֵּת quod apud Rabbinos significat examen apum. Alii respici autem ad sonum נְחַלֵּת torrentis. Initium carminis, ad cuius numeros hic Psalmus decantandus, putat *Aben Esra*. quam in rem adscribimus verba Bocharti l. 2. Cana. CXI. f. m. 818. ut *Ebraic* libros nominant à primâ voce, v. g. *Genesin Breschit*, *Exodus Velleeschmoth*, &c. ita etiam cantiones; quod in Psalmorum titulis passim videre est. Sic in titulo Ps. XXII. al. *ajéleth hasschachar*. Alii cantantur super Schoschannim, b. e. *lilia* &c. Tot canticorum initia, ad quorum modos hi Psalmi erant decantandi. Quod cur Viri undecunq; docti tam superciliosè rejiciant, nullus capio. Cum gravitate & honestate Ecclesie, inquietant, non convenit, ut adhibeantur ludici & populares cantus. Sed nego, necesse est, ut hi fuerint cantus ludici. Quin potuere habere Judei aliquot sacra cantica, ad quorum numeros & modos David partem Psalmorum composuerit. hucusque Vir ille eruditissimus. R. Sal. exponit exercitum, seu cætum, cum propter hostium copias is sit construetus: sic נְחַלֵּת Psal. XVIII, 5. & Sam. XXII, 5. Quidam super hereditate vituli aurei Exod. XXXII, 20. Num. XXI, 20. vel quia נְחַלֵּי possidebant Deum verum; qui Deus portio populi sui; vel super fluminibus, quæ dedit populo in desertô. vel de sanctuaris, quæ vocantur נְחַלֵּה quod sicut immundus è torrente adscendit mundus, ita è sanctuario, vel de hereditate coeli Piccar. ex *Midr.* Que tamen omnia nimis remota & incerta.

## EXPLICATIO VERSUS II.

**verbæ meæ:**) scil. supplicantia: est pluralis ab inusit. אֶלְעָזָר **verbū**, vel sermo integer, v. g. informans, ut *Prov.* II, 1. IV, 10. abbländens *Prov.* II, 16. &c. ita h. l. sermo precatorius.

**auribus arrestis percipe:**) est imperat. hiph. nomen aliæ notum satis est עֲרָבָנָה auris. Involvitur itaque Dei tum benevolentia, quæ dignatur miserum supplicantem audire, tum attentio, quæ non audit, tanquam aliud agens, sed arrestis auribus, ut plenè percipiat, percepit autem paternè approbet ac impertiatur petita.

**intellige, expende:**) est fut. 1. hiph. à verbo בִּנְהָה (pag. 65. n. 7.) de quo Psal. XXXIII, 15. Est hæc incrementum orationis; plus enim est expendere, quam audire. Orat itaque ut Deus, qui aliæ cordium recessus scrutatur, consideret etiam internum suum murmur, quo intellectus non dubitat de exauditione.

**meditationem seu murmur meum:**) est nomen גְּמַנְתִּי quod communiter reducitur ad rad. גְּמַנְתִּי loquutus fuit, vel corde (scil. meditando,) vel ore; ceu vidimus Psal. I, 2. Hinc & h. l. notantur tam internum cordis anxii desiderium, murmur & suspiria, quæ solus Deus potest intelligere, etiamsi præ dolore vox intercludatur penitus, (Exod. XIV, 15. sic *Vatabl. Musc.*) quam

A externus precum prolatarum sermo: vide *Psal.* XXXIX, 4. ubi vox hæc semel adhuc recurrit. Media radicalis geminatur, sicut in זְנִבִּים scortatus fuit; *Aben Esra*. Solatio sit hoc, cum ore precari non possumus, Deum nihilominus hæc percipere occultiora, æque ut sibilantem audiebat Hannam; 1. Sam. I, 12. 27.

## EXPLICATIO VERSUS III.

**קְשֻׁבָּה attende:**) קְשֻׁבָּה (unde σκωτίω) est animum auresque ad dicta arrigere; ut *Prov.* I, 24. *Jes.* XXII, 7. &c. (ubi sicut & alibi, perpetuo ferè cum voce, dictis, verbisq; solet conjungi.) Connotatur vero gestus, quomodo v. g. lenius loquente amicō, arrigere solemus aures, vel quomodo nonnullæ bestiæ, ut canes, cervi, equi &c. auriculas solent arrectare (die Ohren spießen) ad eò longius, citius, accuratiusque audiendum, vide *Pagn. Lex.* Cumulantur vero hoc loco verba, ex affectibus animi exæstuantibus promanantia, ad exprimendam periculi magnitudinem, auxiliique desiderium ferventissimum; uti constituti in vita discrimine, vociferari non cessant, easdemque vel alias voces creberrimè ingeminant, licet opitulantes videant jamjam accurrere.

**לְקוּרֵל voci:**) קְוַיְל ( significat sonum vel indigestum ac rudem, vel articulatum: uterque in periculis haut solet esse infrequens.

**שְׁוֹעַן clamoris mei:**) nomen שְׁוֹעַן tantum hæc reperitur, & est à rad. שְׁוֹעַן clamavit voce stridulâ ac lamentabili, qualis est confessorum, *Job.* XXIV, 12.

**מֶלֶךְ rex meus:**) qui scil. ratione creationis, conservationis ac redemtionis mihi quoque ceu subdito, totum se tibi committenti, præsidium ac defensionem ab hostibus præstabis. מֶלֶךְ rex, à מלך consilium dedit, (sicuti Consul à consulendo,) item gubernavit. Huc illud mulieris, Adrianum implorantis: ergo imperare noli, si scil. succurrere non vis laboranti.

**וְאֱלֹהִי Deus meus:**) in quem scil. colloco fiduciam, & pro Deo meo colo. Nam aliæ brutorum quoque Deus est. Affixum h. l. est vocula fidei, copulans animam hominis cum Deo, ex ambobus unum quasi quid faciens, & utrumque pacti commonefaciens.

**כִּי quando, vel quia:**) ut sit ratio, cur audiri debeat, quia scil. ad eum, regem suum, non alienum magistratum, clamet.

**אַחֲרֵל supplic oro:**) tanquam clammandus iudicis implorans clementiam. פָּלֵל enim est vocabulum juridicum, significans appellationem vel interpellationem, ubi aliquis pronus quasi in terram concidit (גַּפֵּל) imploratque Patronum: ut 2. *Cron.* XXX, 18. 2. *Reg.* XIX, 20. *Jes.* XLIV, 17. &c. semperque de precibus ad Deum usurpat. vide *Psal.* IV, 2. Ponitur autem fut. 2. pro præsenti, ob actum orandi consuetum.

## EXPLICATIO VERSUS IV.

**בְּקָר mane:**) scil. sub initium vel diei, ubi prima mea cura est oratio; vel periculi, quod clamorem hunc mihi exprimit: q. d. ne diu differas auxilium. **Quovis manè, Aben Esra** Est nomen, ceu patet ex (בְּקָרִים) emphatico præposito, & Plurali בְּקָרִים. Ellipsis est itaque h. l. præfixi (בְּ) sicuti C 3 alias